



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad partis 5. Quæst. 14. Decisio CXIX. Monialis translata ad aliud
Monasterium pœnitentiæ causâ, non definit esse filia prioris Monasterii, &
quidquid acquirit, cedit priori Monasterio, secusi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

- 9 Nec adverteatur quod à decreto visitationi, appellatio suspensiva non admittatur, quoniam id locum habere potest, quando extrajudicialiter processum fuit, secus autem quando prævis citationibus, & firmato processu visitatores procedunt, tunc enim à sententia definitiva admittitur oppositio, *Leo Thesaur. for. Eccles. part. 2. num. 77. Grat. decis. 188. num. 3. & 4. vers. secus si vult cum pluribus relictis per Barbos. de potestate Episcopi, par. 3. alleg. 73. num. 32. vers. sed si Episcopo firmato processu, & num. 33.*
- 11 Prout non relevat, quod post executas sententias, & quando in commissione est clausula parito, non intret amplius arbitrium. Nam hoc intelligi debet, quando sententia sunt valida, & justa, secus autem stante illarum nullitate, quia tunc clausula arbitrio ad retardandam ulteriorem exemptionem suffragatur, & censuræ revocari possunt, *Rota coram Cocce. decis. 177. num. 1. & coram Penia decis. 1309. num. 3. & 4. Et ita utraque, &c.*

Ad partis 5. Quæst. 14.

DECISIO CXIX.

Monialis translata ad aliud Monasterium poenitentia causâ, non desinit esse filia prioris Monasterii, & quidquid acquirit, cedit priori Monasterio, secus si translatio fuerit facta ad effectum ut fiat filia secundi monasterii, & ex quibus id colligatur.

Decis. 109.
par. 1. re-
solv.

R. P. D. Litta.

Romana fidei commissi de Vecciis.

Veneris 20. Februarii 1604.

SUMMARIUM.

- 1 Monasterium post emissam monachi professionem habet fundatam intentionem in omnibus, qua ad monachum deferuntur.

Actus

- Affor tenetur probare concludenter fundamentum sua intentionis.
- 2 Monachus tunc dicitur ejectus, ut desinat acquirere monasterio, quando exutus habitu monachali à corpore ordinis dimittitur.
- Monachus seu monialis non dicitur ejecta à monasterio si fuerit traducta ad aliud monasterium cum habitu Religionis, eique à priori monasterio præstata fuerint alimenta. item num. 2.
- 3 Monialis translatio ad aliud monasterium duobus modis fieri potest, vel ut monialis, que traducitur fiat filia secundi monasterii, & liberetur à consortio, & filiatione primi, vel ut remaneat monialis primi, in secundo

tamen moretur, causa pœnitentiæ, vel simili. Et primo casu acquisita per eam, post translationem monasterio acquiruntur, secundo autem casu acquiruntur primo.

- 4 Monialis translata ut dicatur effecta monialis secundi monasterii requiritur, quod emisit in eo professionem.
- Monialis professâ in uno monasterio, ut possit profiteri in alio monasterio.
- 5 Testis contra inducentem fortius probat.
- 6 Monialis translata ad aliud monasterium pœnitentiæ causa, debet aliter per monasterium à quo transferatur.

Unanimi Dominorum voto fuit conclusum non constare de ejectione sororis Catharinæ de Vecchiis de monasterio sanctæ Cæcilie & vide licet ejus translatione ad monasterium S. Ambrosii, in casu, & ad effectum de quo agitur, quia cum in confesso sit apud partes eam emisisse professionem in monasterio sanctæ Cæcilie, & sic ex tunc illius monialem fuisse effectam, idem quoad hereditatem delatam, ut prætenditur, vigore fidei commissi quondam P. Pauli de Vecchiis negati non potest, quin intentio dicti Monasterii sanctæ Cæcilie sit fundata. ad text. in leg. De nobis, §. hoc autem, C. de Episc. & Cleric. & Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. & in C. in presentia, de probation. cum vulg. unde qui præterdit, eam desisse expressè monialem dicti monasterii sanctæ Cæcilie, quia fuit ejecta, videlicet ad aliud monasterium translata, & secundi monasterii monialis effecta, & quidem antequàm deterreretur hereditas, hæc omnia concernentia fundamentum suæ intentionis probare tenetur, & quidem concludentur, vulg. l. ei, qui. ff. de probation. tantum autem abest, ut de tali ejectione, aut translatione ad effectum præfatum constet, quod imò de contrario non obscurè apparere videatur; & ex infra dicendis.

Nam quoad ejectionem, tunc dicitur monialis ejecta ad effectum, ut sit locus dispositionis, an desinat acquirere monasterio, cujus erat monialis, quando exiit habitu monachali, à corpore Ordinis dimittitur, l. quod ait prator, §. ignominia causa

causa, vers. sed si ita, ff. de his qui not. in fam. Federic. de Sen. consil. 38. quidam professus, in princ. Abb. consil. 96. numer. 1. & 2. late modern. in suis instit. moral. lib. 12. cap. 16. maxime colum. 3. lura C. ibi, nam religione, & habitu, & alimentis debitis spehantur, sed votis non solvuntur. Hic autem testes concludunt fororem Catharinae fuisse traductam ad monasterium S. Ambrosii cum habitu S. Caeciliae, & non eo privatam, & illi praestata fuerunt alimenta, quod praclare ostenditur non fuisse habitam pro derelicta à dicto monasterio S. Caeciliae, ad text. in l. fin. §. sed firmus, C. de lat. lib. in l. end. §. in cap. un. co. cum sua materia de infam. & languid. exposi.

3 Quo verò ad translationem, & duobus modis fieri potest, vel ut monialis, quae traducitur, fiat filia secundi monasterii, & liberetur à consobriño, & filiatione primi, vel ut remaneat Monialis primi, in secundo tamen moretur, & maneat eiusque continentiae, aut alia simili, & primo casu acquisita per eam, secundo monasterio acquiritur, secundo autem casu acquiritur primo, ut post Anchar. consil. 424. & alibi tradit Navarr. de reg. comment. 4. num. 4. vers. 5. quod transitus, not. Abb. in C. veniens num. 4. de simon. & probat. text. iuncta gloss. fin. in C. de lapsu, 16. quasi. 6. ubi Arg. num. 1. Archid. num. 1. & alii passim notant.

4 Hic autem non docetur pro parte monasterii S. Ambrosii de solemnibus susceptione habitus ipsius monasterii, nec de professione aliqua in ipso monasterio emissa, quae omninò necessaria sunt ad effectum, ut dicta foror Catharina esset effectiva monialis secundi monasterii, & in illo acquiret, & non primo, secundum Ioan. Anar. in d. unico de infam. & languid. exposi. Ant. de Butrio ibidem num. 5. ad fin. & Card. quasi. per. Abb. in C. quod à te numer. 7. de cler. conjug. Anchar. consil. 352. in princ. & ibi Ant. de Butr. in subscriptione. Navarr. consil. 60. & 61. in tit. de reg. Et minus constat de licentia Abbatis Sanctae Caeciliae, quae omninò necessario erat, ut in alio monasterio proficere posset, C. statutum 19. quasi. 3. c. monachum, 20. quasi. 4. cap. licet derogul. & ibi Ioan. Andr. super §. quia sicut Hostiens. super verbo postulanda, Card. in 6. not. & 9. 6. Ant. de Butrio in 3. not. Abb. consil. 95. & 96. vol. 1. Menoch. qui curatur, de arbit. lud. lib. 2. cas. 421. num. 14.

5 Quinimo quod fuerit traducta occasione cuiusdam rixae, & sic potius poenitentiae gratia probatur, tum de depositione 3. testis super 22. ibi, & per quantum ho. in teo dire fuit transferita per hauer date delle pianellate all' Abbdessa, & 4. testis ibi, & ho. in teo dire, che l'haveva hauuta con l' Abbadesse, & altre Monache di S. Caecilia, tum etiam quia in d. Monasterio S. Ambrosii deferebat habitum S. Caeciliae, de quo deponunt bene testes in Summario num. 3. & in specie usque ad annum 1575. deponitur de Constantia de Comitibus, quae usque ad illud tempus permansit in d. monasterio causa educationis, & uti inducta pro parte d. monasterii S. Ambrosii, tantò fortius probat contra illud, iuxta not. per Socin. sen. consil. 69. num. 11. lib. 1. & per Gabriel. conclus. 1. num. 14. de testib. tum denique, quia non ostenditur, quod ista for-

tot Catharina spatio tanti temporis intervenerit in aliquo actu capitulari uti monialis S. Ambrosii, sed potius ex testibus Monasterii S. Cæcilie, de quibus in summario n. 2. probatur, quod ipsa separatim vivebat à dictis monialibus, nec erat altricta choro, sed in dicto Monasterio stabat, & vivebat, ut Monialis S. Cæcilie. Accedit etiam, quod Monasterium S. Cæcilie usque ad obitum præstitit eidem alimenta, & Abbatissæ S. Ambrosii soluta pro dictis alimentis recipiendis, in omnibus se esse quietantiis falsa est eam Monialem S. Cæcilie esse ad text. in l. cum te c. de probation.

Nec prætendi potest, quod dicta alimenta fuerint præstita occasione dotis, quæ penes Monasterium S. Cæcilie remansit, quia cum dos consisteret in annuo censu leutorum decem auri, non est verisimile tot præstita fuisse nomine alimentorum singulo in anno occasione dictæ dotis, videlicet leutorum 36. Arg. leg. cum de indebito ff. de probation. sed potius ratione filiationis, quam pater alere tenetur, & ne illius transportatio correctionis & pœnitentiæ causa facta esset onerosa Monasterio S. Ambrosii secundum Card. cons. 27. n. 5. Et in c. quod à te col. 4. vers. si necessaria est ibi Abb. sub num. 6. vers. si vero professio tenuit. Joan. de Imol. sub num. 10. vers. si recedit necessaria, de cler. conjug. Host. in summ. eodem tit. sub num. 6. Covarr. in cap. 1. de testam. numer. 2. Quibus consonat, quod Moniales Sanctæ Cæcilie lavabant vestes sororis Catharinæ, & transmiserunt chirurgum Monasterii, qui curaret illam in sua infirmitate, de qua decessit, & ceram pro illa sepelienda, quæ denotant obsequium patris erga filiam, nec talia fecissent, si habuissent illam pro ejecta, & derelicta vel pro Moniali alterius Monasterii. Ex quibus, & aliis quàm plurimis hic deducis per informantes pro Monasterio S. Cæcilie conclusum fuit, ut supra.

